



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Ecclesia vel Concilium quomodo non est supra verbum Dei. tit. 213

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Tertiò, Deus synagogæ prouidit caput, id est, sumnum sacerdotem, Deuter. 17. cuius stare oportuit iudicio, quoties mota fuit quæstio de lege. Sic multò implius Ecclesiæ suæ puidit Christus caput aliquod si quod confugiendum esset in cōtrouersijs de religione, & cuius iudicio stare oporteret. Hoc omnes catholici doctores fecerunt, solis hæreticis exceptis, qui semper, quatenus suam possint statuere hæresim, abiecerunt Papam, propter causam quam explicat Cyprianus libr de simplicitate Prælatorum: Quamvis cæteri Apostoli, inquit, erant hoc, quod erat Petrus, tamen ut vñitas conseruaretur, ab uno vnitatis originem incipere disposuit. Hanc vnitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, nec tenet fidem, nec verbum salutis. hæc martyr Cyprianus.

Quartò, quia neque Christus, neque Petrus fides, ergo fides non est fundamentum supra quod edificatur Ecclesia, sed persona Christi: hoc est fundatum Ecclesiæ, supra quod fide edificamur, Ephe. 2. in quo ædificatio constructa crescit, &c. & persona Petri, persona est, supra quam ratione regiminis est Ecclesia ædificata, ut vñitas conseruetur, &c.

## ECCLESIA VEL CONCI-

lium quomodo non est supra verbum Dei.

## TITVLVS CCXIII.

Otandum primò, quod quandò dicitur, Ecclesia sic conclusit, diffinit, intelligit scripturam, &cæt. non hoc dicitur quod Ecclesia sit supra scripturam, superior & maior illius authoritas, quā verbi Dei, aut quod Prælati Ecclesiæ ad libitum adulteret verbum Dei &cæt. sed verbum Dei in se immutabile, materialiter eternū, Esai. 40. Luc. 21. Verba mea non trans-

ibunt,

ibunt, & verbum excellit omnia, nulli est subiectum,  
sed omnia illi subiecta, Ideo nullum conciliū vel ita  
clesia vñquam extulit se supra verbum Dei.

Secundò, verbum Dei vt maneat in vero intelle-  
ctu, & non falsificetur per speciales glossas & inter-  
pretationes hæreticorum, ideo vigilat & potestatem  
habet illas falsas glossas & corruptelas scripturae.  
ijciendi, & est supra illas, 1. Ioan. 4. Probate spiritus.  
Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, dic Ecclesiæ.  
Sed hæc superioritas supra hæreticorū libros & glo-  
semata, non est superioritas supra erbum Dei, vt maz-  
reticum odium nugatur. Exemplum, vt clavis per-  
spiciatur res: Deus in caelo & potestas super terram,  
Deus est supra omnem potestatem, & omnis potestas  
ab illo est, Roman. 13. Est potestas supra terram, quæ  
est ministra legis & gladium portat, Roman. 13. At  
dum nunc potestas corrigit fractores legis, nunquid  
in eo se extollit supra Deum? Absit. Nam ideo po-  
testas constituta est à Deo, vt hoc faciat, 1. Timot. 1. Lex  
propter transgressores posita est, Roma. 13, ideo po-  
tat gladium.

Sic Ecclesia habet commissionem, vt probet spir-  
itus, 1. Ioann. 4, at dum nunc declarat sectæ glossema  
esse falsum, admonet semel & iterum hæren-  
tia, sed dum omnia hæc gratis fiunt, & hæreticus per-  
git in sua obstinatione, & Ecclesia vel illum conde-  
mnat, excludit, nunquid in hoc se extollit supra vet-  
erum Dei? Absit: nam ideo Deus Magistratum & pre-  
latos Ecclesiæ ordinavit, vt vñitas & vñanimitas in  
fide & cultu Dei conseruetur: ideo iubentur subditi  
obedire suis præpositis, Hebraor. 13. Ecclesiæ autho-  
ritas proxima est post scripturam, vt vbi est difficul-  
tas scripturæ, non debeamus credere vnius hominis  
interpretationi, sed totius Ecclesiæ: illa enim colum-  
na est veritatis propter infallibilem assistentiam spi-  
ritus sancti, 1. Timoth. tertio & Ioann. 14. Hoc autem

non potest dici de priuato homine aut doctore.

Tertio, ex illo notatur, quomodo haeretici solūm  
sic facum faciunt coram vulgo, sicuti Pharisæi con-  
tra Christum dixerunt: Nunquid tu maior es patre  
nostro Abraham, Ioann. 8? & cum lapidare volebant,  
Admonet igitur Apostolus Roman. 12. Si quis habet  
prophetie donum, id est, intelligentiam scripturarū,  
illa sit cōsona fidei catholicæ. At verissimum signum  
falsitatis est, quoniam omnes sectæ transiunt sicut  
flamnis ignis. Veritas autem Ecclesia catholicæ ma-  
ter in æternum, sicut dicit Dauid Psalm. 116. Etiam  
non agitur aut laboratur de textu scripture, sed po-  
tius de eius interpretatione. Ideo Ecclesia habet hāc  
potestatem probandi spiritus, an sint à Deo, i. Ioann.  
4. Concilium ergo non propter scripturam, sed pro-  
pter verum intellectum scripture scrutatur.

*DE DIVERSA RATIONE  
personæ & officij.*

TITVLVS CCXIIII.

 Rimò, sectæ prætendunt causam de-  
cessioneis suæ ab unitate Ecclesiæ;  
quoniam Papa viuit impiè, Episco-  
pi solutè, Monachi sacrilegè & ma-  
&c. Subinde in corum, id est, pa-  
istarum Ecclesia, est adoratio pa-  
pus, mortuorum nominum, id est, sanctorum adoratio,  
que sunt mera idolatria, & impurus celibatus sa-  
cerdotum. Communio sine calice, &c. ergo iustus est  
virgente conscientia hic recessus à tali Ecclesia pecca-  
torum.

Secundò, apud Ecclesiam catholicam magnum ha-  
betur discrimen inter personam & officium, inter  
dominem & dignitatē: Papatus, Episcopatus, sacer-  
dotiū, Monachatus; ordo Hierarchicus, potestas, sunt  
111 2 officia